The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Resurrectio r
cum fonte primo

In omni re aut actu

uirtus agendi spes est futuri.
Qui enim arat, arat ut metat; qui pugnat, pugnat ut uincat.

Et post pauca:
Tolle ergo spem resurrectionis et soluta est obseruancia omnis pietatis.

Crisostomus super illud Matthei XXII.: Qui dicunt non esse resurrectionem.

Nam
in omni re, aut actu,
sive corporali, sive spirituali,
agendi virtus spes est praemii futuri.
Qui enim arat, arat ut metat. Qui pugnat, pugnat ut vincat.
Nam cum sit ita difficile in hoc mundo servare justitiae sanctitatem, quis contentus esset, adversus seipsum quotidie luctamina exercere, nisi ad spem aspiceret resurrectionis?
Tolle ergo spem resurrectionis, et soluta est tota observantia pietatis.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaeum*, 42 (PG 56, col.869).